pericia lectionis assiduitate cognoscit diuinae
munera potestatis stilo quisque huius modula
tionis aptauit; Et multi sunt quos studiorum saecularium
disciplina per poeticas magis delicias et carminum
uoluptates oblectat. Hi quicquid rethoricae facun
diae perlegunt neglegentius adsecuntur quia illud haut
diligunt. Quicquid autem uersuum uiderint blandimento
mellitum tanta cordis auiditate suscipiunt ut
in alta memoriae sede hoc iterando constituant
et reponant. Horum itaque mores non repudiandos aestimo
sed pro insita consuetudine uel natura tractandos.
ut quisque suo magis ingenio uoluntarius adquiratur
deo nec differt quisquam occasione imbuatur ad fidem
dum tamen uia libertatis ingressus non repedat in quos serui
tutis laqueos quibus ante fuerat irretitus. Haec sunt
pater egregie nostri operis causae non supervacue sicut dixi
cisti sed commode. Quae si probabili ratione non displi
cent benignitatis tuae donentur fauore quae paululum
ab scriptoris celsioribus uacans humilioribus